N.° 108 Christi Nomine Amen. Anno Domini Jesu Christi ab eius salut. incarnat. mil
lesimo quingent.° nonagesimo tertio Indict.e sexta die uero uigesima
septima mensis Octobris Clemente 8.° Summo Pont., et Ser.mo Ferdinando
Medice Etruriae tertio Magno Duce Florentiae. Actum Bargae et in
domo infrascripti domini testatoris etc., et presentibus Sp. D. Aloisio
q. Juliani de Colettis, Josepho q. Bartholomei Joannis Santini, Christo
phoro q. Bartholomei Targhigiani, Martino q. Nicolai Fran.ci Co
letti, Luca q. Christophori Mallanghi, Christophoro q. Pauli Par
ducci Carlini, et Dominico q. Bartholomei Simeni omnibus de

Testamento

Barga testibus proprio ore infrascripti D. testatoris ad infrascripta omnia
et singula uocatis habitis, et rogatis.

Const.us pers. coram me Not.o infrascripto ac testibus supradictis multum
Mag.cus et Excellens Vir D. Petrus q. Pauli de Angelis de Barga
sanus Dei gratia corpore mente, et intellectu, sciens se mor
talem esse, et hac lege natum ut aliquando moriatur et nihil
esse certius morte, et hora eius nihil incertius, et uolens ut
prudentem decet dum mens sana est in corpore sano de bonis
sibi a Deo collatis ordinem dare ne post eius mortem inter suos
questionis materies oriatur, sponte, et eius certa scientia et
deliberata uoluntate, omni meliori modo, uia, iure, causa, et forma
quibus magis potuit, et debuit presens nuncupatiuum testamentum
quod de iure ciuili dicitur sine scriptis condere, et facere procu
rauit, prout condidit, et fecit in modum, et formam sequentem uidelicet.

Imprimis Animam suam corpore, et ceteris humanis rebus prestantiorem
ob idque commendauit Omnipotenti Deo, Beatae Virgini, et omnibus
sanctis caelestis Curiae diuinam Maiestatem humiliter exorans ut per
merita passionis dominicae dignetur pius, et misericors sibi re
mittere peccata, quae in hac uita commisisse fatetur, et cum mori

contigerit voluit eius corpus sepeliri ubi infrascripto eius heredi
videbitur.

Item Jure legati reliquit, et legavit d. d. testator operi S.tae Mariae de Flore de Florentia libras tres, et libellos decem parvulos.

Item Jure legati amore dei, et pro salute animae suae reliquit, et legavit d. d. testator scutos tres auri venerabili Monasterio Sanctae Elizabeth de Praga unum carum

Item pro salute animae suae reliquit et mandavit d. d. testator celebrari per decem annos a die sui obitus computandos decem missas quolibet anno in die sui obitus.

Item Jure legati reliquit et legavit D.nae Verginiae q. Santini de Arli comitatus Florentiae ipsius testatoris uxori donec vixerit eo eius vita naturali durante usum, et habitationem, victum, et vestitum in domo ipsius D.ni testatoris.

Item legavit, et Jure legati reliquit, et legavit Mag.co D. Joanni Santini ipsius d. testatoris genero absolutionem, et liberationem administrationis totius illius quod ipse d. testator ab eo petere et consequi posset causa et occasione administrationis bonorum, et rerum ipsius ac etiam causa, et occasione pecuniae ipsius D.ni testatoris per d. D. Joannem exactorum, exactarum quomodocumque, et causa quorumcumque penes eundem existentium, et remanentium, volens, et mandans ipse d. testator d.m D. Joannem esse, et fore omnino immunem, et exemptum ab omni redditione rationis administrationis prout eundem liberavit, et absolvit ac pactum perpetuum de nihil ulterius petendo

In omnibus autem, et singulis suis bonis et rebus mobilibus immobilibus seu se moventibus Juribus nominibus et actionibus presentibus, et futuris ubilibet existentibus, et quocumque nomine nuncupatis, creditis, et debitorum nominibus eius Universalem heredem instituit fecit et ore proprio nominavit d.nus testator. Mag.cam D. Virginiam cui tamen in Baptismate Prudentiae nomen impositum fuit, et prout in libro Baptismatis Prudentiae nomen scriptum reperitur ipsius D.ni testatoris filiam omni meliori modo via Jure causa et forma quibus magis potuit, et

debuit. Item ipse d. testator voluit, et disposuit quod si d. S. Vir-
ginia ut s.a heres substituta heres ad eius omnes filij masculi d.
Srae Virginiae nati, et nascituri sint eius heredes in solidum,
et ita eos substituit, et heredes fecit, etc. et sic voluit inter
omnibus filijs masculis quandocumque, ubique, posito legitimo
et naturali decedentibus substituit vulgariter, et pupillar-
iter, et per fideicommissum omnes filias feminas d. S. Virg.
natas, et nascituras.

Item d. S. Testator in eventum substitutionis supradictae factae ad
unum filium masculum d. S. Virginiae legavit, et iure legati re-
liquit omnibus filiabus feminis d. S. Virginiae natis, et nasci-
turis aureos quingentos ad sumd. 500 pro quolibet eis, et cui-
libet earum dandos, et solvendos eo nuptui tradentur, et in
eventum in quo ipsae filiae feminae monacarentur, et moniales
fierent, seu aliqua earum monacaretur, et monialis fieret eis et
cuique eis quae monialis fieret idem d. testator relinquit,
legavit dotem competentem, et convenientem dari solitam ipsis
monialibus.

Item ipse d. testator voluit, et disposuit quod si d. S. Virginia ut s.a
heres substituta nihil disposuerit de bonis, et hereditate ipsius
d. testatoris in hunc casum eadem ab intestato quandocumque dece-
dente omnia bona et praedicta pertineant ad omnes filios mascu-
los natos et nascituros d. S. Virginiae cum onere dandi, et sol-
vendi dictis filiabus feminis d. S. Virginiae natis, et nasci-
turis sororibus dictorum masculorum scutos quingentos pro quolibet
pro dote ipsarum eo nuptui tradentur, ita tamen dictis filiabus
feminis fuerit solutos pro ratione de dote simili, vel maiori dictorum
scutorum quingentorum pro quolibet a d. S. Virginia, vel natis
ipsarum, quia in casu quo fuerit de dicta dote provisum voluit

amplius consequi posse in praedictos scutos quingentos, et nisi etiam ipsae filiae foeminae monacarentur ut s.a quod in casu vo- luit eas habere, et consequi posse solum dotem competentem ut s.a dari solitam talibus monialibus, et ipsis omnibus filijs mas- culis deficientibus atque prole legitima et naturali, vel ex ne filijs et filiorum filijs in infinitum spectent, et pertineant omnia eius bona ad omnes filias foeminas eiusdem D. Virginiae natas et nascituras etiam in infinitum.

Item ipse D. testator voluit disposuit, et mandavit quod in omnibus supradictis casibus praefata D. Virginia non teneatur ad effectum as- sequendi supradictam hereditatem probare, aut aliqualiter do- cere se esse filiam ipsius D. testatoris, quinimmo ad maiorem cautelam, et ad tollendas cavillationes in eventum in quem quis vellet attentari impossibilem probationem dictae filiationis, voluit tamen et disposuit ad tollendas omnes ansas litium, contro- versias et cavillationes hereditatis institutionem, et omnia alia praesenti testamento contenta in favorem eiusdem D. Virginiae et filiorum, et aliorum supra, et in fideicommissum fore, et esse valida, et suum plenarium sortiri effectum, quia suae intentionis fuit et est, quod omnia et singula disposita per ipsum D. testatorem ad favorem dictae D. Virginiae omnino valeant, et teneant, et nihilominus voluit, et declaravit quod si quis dictae D. Vir- giniae heredi ut s.a institutae super filiatione, vel hereditate litem intentaverit, vel intentari promoverit, vel quomodocumque eam [illegible] molestaverit tunc eo ipso sit, et intel- ligatur exclusus ab omni spe, et iure quod in, et super heredi- tati et bonis ipsius D. testatoris quomodolibet praetendere posset.

Item ipse D.nus testator voluit, et disposuit quod in eventum in quo

deficiant omnes filij masculi, et foeminae d. S. Virginij sive filijs
legitimis et naturalis tunc eisdem ab intestato quomodocumque
decedentibus substituit Summus Alexandrum, et Jacobum fratres
et filios q. Joannis de Malvasijs ipsius testatoris ex fratre ne-
potes, et ipsorum filios masculos, et descendentes ex legitimo ma-
trimonio ordine successivo, et masculis deficientibus eo-
rundem filias feminas.

Item voluit dictus testator, et mandavit quod filij et descendentes
d. S. Virginij in omnes eventus temporibus debeant assu-
mere cognomen, arma, et insignia domus, et agnationis ip-
sius Sen. testatoris, et illis perpetuo semper gaudere, uti.

Protectorem vero dictae suae haereditatis fecit deputavit, et esse humiliter
rogavit Ser.mum Ferdinandum Medices Magnum Ducem Etruriae
eius Dom. et Patronum Colend.mum cuius Ser.mae Celsitudine obnixe
exorans atque eius summa virtute, fide, benignitate, et
humanitati intuitu etiam antiquae et fidei servitutis
ipsius S. testatoris erga d. Ser.mum S. Magnum Ducem dignari
dictam eius haereditatem protegere, tueri, et illi favere, et auxiliari

Executores autem huius sui testamenti, et ultimae voluntatis consti-
tuit fecit, et deputavit Mag.cos S.S. Jacobum Malvasium Jacobum
de Bianchiginnis, Jacobum de Angelis, Julium, et Nicolaum
etiam de Angelis, et quemlibet eorum in solidum cum plena
facultate debita exigendi, et de eis quietandi, debita, et
legata solvendi, et quaecumque executandi, et omnia in eo disposita
exequendi, et debitae executioni demandandi cum omni-
bus clausulis, et facultatibus necessarijs, et opportunis.

Et hoc d. S. testator dixit, et esse voluit eius ultimum testamentum
et ultimam voluntatem, quod, et quae valere voluit iure testamenti

et ipsum testamentum valere voluit ratione omissionis, preteritionis
et alterius cuiuscumque defectus valere voluit, et tenere jure
Codicillorum, donationis causa mortis, et cuiuscumque juris ultime vo-
luntatis quo melius valere, et tenere potuit. Cassans
revocans, irritans, et annullans omne aliud testamentum
et quamcumque aliam voluntatem per eum hucusque sub quibus-
vis verborum formis [illegible] legatorum legatarijs quo-
modolibet factam [illegible] quibus premissis omnibus, et
singulis d.tus dominus testator petijt a me Not. unum vel
plura publicum seu publica confici, et tradi presentibus mandato

C. 43 et presente.

Ego Christophorus olim Jacobi de Lazellis de Branza Not.
publicus de predictis omnibus et singulis dum sic ut pre-

copia mittitur agebantur interfui eaque rogatus fui [illegible]
scripsi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi
et [illegible] de mandato ipsius domini testatoris et
heredis ipsius d. testatoris tradidi, in quorum omnium, et
singulorum fidem manu propria scripsi et subscripsi.

Silvester Pantera pro Rob.° Cor. Cred. [illegible]

Collata per me Bonaventura Cappellarium J.V.D. ex notis
predicti [illegible] Not. hac die 26 Junij 1643

Sanctus [illegible] Cred. [illegible]

Copia

Testamenti q. Ill.mi D.

Petri Angeli Barzij

1593

copia

[illegible] [illegible]

scripsi, ipsumque levavi, eandemque publicam formam redegi, exemplum inde de mandato ipsius D.ni testatoris et haered. ipsius D. testatoris tradidi, in quorum omnium, et singulorum fidem manu propria scripsi, et subscripsi

Silvester Pantera pro Excell.o Coll.o [illegible] [illegible]

Collat. facta per [illegible] Bonaventura Capellettus J.V.D. ex mandato [illegible]

prot. Archivij [illegible] hac die 26 Junij 1643

Sanctus [illegible] Coll. [illegible]